Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

factus est dns refugiu pauperi adiutor in opportunita
tibus in tribulatione Et sperent in te omnes qui nouerunt
nomen tuu quoniam non dereliquisti querentes te dne
Psallite dno qui habitat in syon annunciate in
gentes studia eius Quoniam non reqirens sanguines eorum
recordatus est non est oblitus clamorem pauperum Miserere
mei dne uide humilitatem meam de inimicis meis Qui ex
altas me de portis mortis ut annuntiem omnes lauda
tiones tuas in portis filie syon Exultabo in salu
tari tuo infixe sunt gentes in interitu que fecerunt In
laqueo isto quem absconderunt Comprehensus est pes eorum
Cognoscetur dns iudicia faciens in operibus manuum
suarum Comprehensus est peccator Conuertantur peccatores
in infernum omnes gentes que obliuiscuntur deum
Quoniam non in finem obliuio erit pauperis patientia
pauperum non peribit in finem Exurge dne non confortetur
homo iudicentur gentes in conspectu tuo Constitue dne
legislatorem super eos ut sciant gentes quoniam homines
sunt Ut quid dne recessisti longe despicis in opportu
nitatibus in tribulatione Cum superbit impius incendi
tur pauper Comprehendantur in consiliis quibus cogitant Quoniam
laudatur peccator in desideriis anime sue et iniquus benedicitur
Exacerbauit dnm peccator secundum multitudinem ire sue
non requiret Deum est deus in conspectu eius inquinate sunt
uie illius in omni tempore Inferuntur iudicia a facie
eius omnium inimicorum suorum dominabitur Dixit enim in corde
suo non mouebor a generatione in generationem sine malo Cuius
maledictione os plenum est et amaritudine et dolo sub
lingua eius labor et dolor Sedet in insidiis cum diuitibus